Rosarium Vitæ Christi Auctore R. P. Hieronymo Natali Societatis Jesu, defuncto anno Dni. 1580 die Resurrectionis Domini 3o Aprilis.

Præfatiuncula.

Continet Rosarium hoc triplicis vitæ domini N. Jesu Christi considerationem. Vitæ scilicet increatæ hoc est generationis æternæ qua filius sempiternus generatur à Patre; Vitæ creatæ mortalis; ac Vitæ creatæ immortalis. Prima consideratio, primo signaculo, secunda vero triginta quatuor sequentibus hoc est usque ad crucem inclusive, clauditur; quorum singula secundo excepto, quod verbi divini incarnationem denotat singulos vitæ mortalis Christi annos designant. Tertia autem septem ultimis gloriosis continet. Sunt autem in universum Rosarij huius signacula quadraginta duo. Ex quibus quæ vitæ Christi misterium aliquod in sacro eloquio scriptum denotant grandiora sunt, et in eis recitantur oratio dominica et, oratio Angelica, excepto primo in quo salutatio hæc non dicitur. Reliqua per Letaniam percurruntur ut patet legenti.

Petitionis materiam poterit qui velit per singula signacula distribuere ut ad finem Rosarij distributa est, sin minus liberum erit eodem contexta et loco, vel totam, vel eius quam maluerit partem applicare, vel etiam solitas suas petitiones ad libere.

Cæterum quatuor ultimis annis Vitæ mortalis Salvatoris nostri multa mysteria continentur. Ut igitur eorum aliquot ordine temporis memoria retineri queant; et singula non quidem simul omnia sed consequenter per vices meditari quis possit, carminibus quibusdam, ut tunc completi visa fuit.

Rosarium,

Rosarium Vitę Χρi

Pater noster & Gloria Patri et filio et spui sancto &
Considera Mysteriū ęternę generationis diuini uerbi,
quo filius sempiternū à sempiterno Patre est genitus: Fi- Psal. 2.
lius meus es tu; ego hodie genui te. non recitatur hic Salutatio
Angelica ad significandū Χρum dominum in hac generatione
non habere Matrem.

Ortus ęternę sobolis de Patre coruo,
Quis conatus admirans ora animumque rege.

Pater noster. Aue maria & considera incarnationē Jesu Χρi
domini nři. Verbum caro factū est, et habitauit in nobis: Jo: 1
Elizabeth à sacro sancta uirginē uisitatam & usque ad nati- Luc. 1.
uitatem.

Dum factū reputas hominē Matrēmque pudicam
Vtro uisere Anū, corda parat Amor.

Pater noster. Auemaria & Pueri Saluatoris nři natiuitatē Luc. 2.
et reliqua primi anni eius uitę mortalis mysteria: scilicet
pastorum. Circūcisionis; Magorum; Presentationis. et usque Matth. 2.
ad fugā in Egiptū, ubi fuit usque ad annū septum, sub cuius
fine rediit. Pro quatuor uero annis, qui inter primū et septū
intercedunt recitantur ex litanijs quę post carmē mysterio-
rū huius primi anni subsequuntur.

Natus, Pastorū; precisus munera Regum
Accipit. in templo sistitur. atque fugit.

Pater de cęlis deus. Miserere nobis, et est annus 2.us uitę morta-
lis Christi.

Fili Redemptor mundi deus. Miserere nobis. et est annus 3.us

Spiritus sancte deus. Miserere nobis. et est annus. 4.us

Sancta trinitas unus deus. miserere nobis. et est annus. 5.us

Pater noster. Aue maria. Considera Mysteriũ reditus ex Egipto in Nazareth, beato Joseph reuelatum, et antea prophetatum. Ex Ægipto uocaui filium meũ, et est annus 6.us inter quẽ et duodecimum in quo cõtinetur misteriũ, quando fuit inuentus dominus in templo disputans cũ legis peritis, intercedũt quinque anni; pro quibus recitandũ similiter [illegible] ex litanijs. Mat. 2 Osee 11.

Ægipto rediyt in patriam Galileus Ebreos.

Sancta Maria. ora pro nobis. et est annus. 7.mus

Sancta dei Genitrix. ora pro nobis. et est annus. 8.uus

Sancta uirgo uirginũ. ora pro nobis. et est annus. 9.nus

Omnes sancti Seraphin. Orate pro nobis. et est annus. 10.mus

Omnes sancti Cherubin. Orate pro nobis. et est annus. 11.mus

Pater noster. Aue maria. Considera mysteriũ quando dominus Jesus fuit ab eius sacratissima Matre Virgine, die tertio postquam eum amiserat, inuentus in templo in medio doctorum, et est annus. 12.us Luc. 2

Reliqui sunt 17. añi usque ad trigesimũ pro quibus id tantũ ex Euangelio habemus, Videlicet. Et erat subditus illis; Matri scilicet et Josepho. Luc. 2.

Post reperit mater Natũ inter lecta peritos.

Omnes sancti Throni. orate pro nobis. et est annus. 13.us

Omnes sancti Dominationes. Orate pro nobis. et est añus. 14.us

Omnes sancti principatus. Orate pro nobis. et est annus. 15.us

Omnes sanctæ Potestates. Orate pro nobis, et est añus. 16.us

Omnes sanctę uirtutes. orate pro nobis. et est añus. 17.us
Omnes sancti Archangeli. orate pro nobis. et est añus. 18.us
Omnes Sancti Angeli. orate pro nobis. et est annus. 19.us
Omnes Sancti Patriarchę et Prophetę. orate p nob. et est añus. 20.us
Omnes Sancti Apostoli et Euangelistę. orate p nob. et est añus. 21.us
Omnes Sancti discipuli domini. orate p nobis. et est añus. 22.us
Omnes Sancti Inocentes. orate pro nobis. et est annus. 23.us
Omnes Sancti Martires. orate pro nobis. et est añus. 24.us
Omnes Sancti pontifices et confessores. orate pro nobis. et est añus. 25.us
Omnes Sanctę Virgines et Viduę. orate pro nobis. et est añus. 26.us
Omnes Sancti et Sanctę dei. Intercedite pro nobis et est añus 27.us

Sancte Angele dei qui custos es mei, me tibi comissum pietate superna, custodi semper, rege atq guberna. et est añus. 28.us

Sancte. N. ora pro me peccatore. Hic est nominandus sanctus pro tua peculiari deuotione. Quod si aliquos preterea sanctos in huiusmodi Rosario nominare uolueris poteris singulorum ordinum sanctorum coniungere nominatim quos uelis. et est annus. 29.us

Pater noster Auemaria. et est annus. 30.us Quo continetur mysteria scilicet. Venit Iesus in Iordanem ad Ioanem ut baptizaretur ab eo. Descensio spiritus sancti in forma columbę. Vox de cęlo Hic est filius meus. Testimonium Ioannis baptistę. Ecce agnus dei. — A. Mat 3. luc 3. Marc 1.

Ieiunium et tentatio in deserto. Quę mysteria et reliqua quę suis annis annotantur, non ideo hic distinguuntur, quasi quoties preces ex huiusmodi Rosario offerre quis uelit toties ea omnia meditari, et considerari debeat; sed ut mysteria aliquot habeat in singulis globulis designata, quibus successiue uacari possit ut singulis diebus generalem quidem omnium mysteriorum — B. Matth. 4. Marc 1. luc 4.

misteriorũ memoria sibi proponat, unũ autẽ quotidie-
accipiat incipiendo à primo globulo, de quo meditetur.
Consistet uero Meditatio in suo globulo qua absoluta pro=
gredi poterit rosarij recitatio.

Tingitur amne, Columba Patris vox Prodromus Agnũ
Testatur; Dein Ieiunus tentatur Iesus.

Pater noster. Auemaria. et est annus 31.us quo continetur miste= A. Jo: ii.
ria, scilicet. Nuptiæ in cana galileæ, ubi dominus conuertit aquã
D. Mat. 4. in uinũ. B Initium publicæ predicationis domini. B. Mat. 4.
E. Mat. 8. Mar. 1. Luc. 5. C Demoniacus ad capharnaũ liberatus. D Et qui circuibat do= Mar. 1.
F. Mat. 8. Luc. 7 minus Iesus docens et sanans omnẽ languorẽ. Jo: 4.
E Leprosus mundatus. Domine si uis &. Volo mundare &.
G. Luc. 7. F Centurionis puer sanatus. domine nõ sũ dignus &. C. Luc. 4. Mar. 1.
H. Mat. 8. G De filio Viduæ suscitato. H De quietatione maris ad iussum K. Mat. 9. Mar. 2. Luc. 5.
Mar. 4. Xpi. I De duobus demoniacis. K De Paralitico. De Muliere
I. Mat. 8. Mar. 5. Luc. 8. quæ fluxum sanguinis patiebatur. si tetigero &. L. Mat. 9. Mar. 5. Luc. 8.
L De filia Archisinagogi suscitata. M De duobus cæcis illuminatis. M. Mat. 9.
N De muto demoniaco. De conuersione Magdalenæ. O et mysterio N. Luc. 11.
Marthæ. O. Luc. 10.

Lympha Iubet, legemq docet, pellitq malignos
Dæmones, atq Lepram, et fluxũ fluctusq tacentem
Restituit puerum; uiduæ natũ, atq puellam
Excitat; et cæcos et mutum, et membra solutũ
Curat. Teq trahit Maria; et te adit hospita Martha.

A. Jo: 4.
Pater noster Auemaria. et est annus 32.us quo diuersa etiã myste= B. Jo: 4
ria continentur. A In quibus est illud, fatigatus Iesus ex itinere, Mat. 14.
sedebat sic supra fontẽ. et ecce Mulier Samaritana &. D. Mat. 14.
B De Regulo. Vade filius tuus uiuit. C Refectio quinq millium Mar. 6. Jo: 6
quinq panibus. D Ambulatio super Mare. E De languido sanato E. Jo: 5.
ad probaticã piscinam. F De Cæco nato. G De sermone dni. Iesu pastoris F. Jo: 9.
G. Jo: 10.

De.

De [H] muliere Cananea. domine dimitte eã &c. Non sũ missus nisi &c. — H. Matth. 15 Mar. 7.
At ille magis clamabat &c. Non est bonũ sumere panem &c. Etiam domine, nam et catelli &c.

A. Mat. 15. Mar. 3. B. Mat. 16. Mar. 8. luc. 9. C. Mar. 8. 9. luc. 9.

Defessus Pastor, pascit plebem, æquora calcat,
Regalem sanat puerum, et languentia membra,
Et cæcum natum, atq suam, Cananea, puellam.

Pater noster. Aue maria. et est annus. 33us: quo tres tantũ menses superuixit; in eo cõtinetur plenitudo miraculorũ et cõsumatio mysteriorũ omniũ mortalis uitę domini ex quibus sũt ea, silicet, Secunda [A] refectio turbę 7em panibus. Confessio [B] petri. Tu es christus filius dei uiui. Tu es petrus et sup hãc petrã &c. Tibi dabo claues &c. Sermo [C] domini. Si quis uult uenire post me abneget semetipsũ et tollat crucẽ suã &c. Transfiguratio [D] domini. De Adolescente [E]. Vade et uende omnia &c. at ille tristis Abijt. Suscitatio [F] Lazari. De Zacheo [G]. De die palmarum [H], et gloria susceptionis domini in Hierusalem. De cœna [I] domini &c. Postremo hic cõtinentur mysteria sacratissimę, et acerbissimę xpi passionis usq ad sepulcrũ inclusiue. Posset hic dici loco Angelicę salutationis. O uos omnes qui transitis p uiam attendite, et uidete, si est dolor sicut dolor meus.

D. Mat. 17. Mar. 9. luc. 28. E. Mat. 19. Mar. 10. luc. 28. F. Jo: 11. G. luc. 18. 19. Mar. 10. H. Mat. 21. Jo: 12. luc. 19. Mar. 11. I. luc. 22. Mat. 26. Mar. 14. Jo: 13.

Tot reficit; Petrũ appellam, Tua uende, Crucemq
Tolle; Nitet uultus. Zacheę, et Lazare prodi.
Intrat ouans solymam: Cœnat; passiq recedunt.

Pater noster. Aue maria. Mysterium sacratiss:^e Resurrectionis domini nostri Jesu Christi, et est initium uitę eius iam uere immortalis. Adde mysteria reliquorũ triginta nouem dierũ usq ad ascensionem.

Pater noster Aue maria. Mysteriũ admirabilis ascensionis domini usq ad Pentecosten.

Pater noster Auemaria; Mysteriū Missionis spiritus sancti in Apostolos et discipulos.

Pater noster Auemaria. considera cū χρō domino data fuisset potestas omnis in Cęlo et in terra, ut Cęlū et mūdū universū, et speciatī suam sanctā Catholicam, Apostolicā, atq; orthodoxā Ecclesiam Romanā gubernet. Pro hac deū deprecare.

Pater noster Auemaria. Considerabo qualiter qua Infinita misericordia instituerit societatē Iesu ac qualiter eā universā, Prepositū Generalē, Provintiā, Collegium in quo sū, et superiores omnes meos, animā preterea, ac Corpus meū gubernet, pro quibus omnibus deum devotē precabor.

Pater noster Auemaria. Qualiter omnes Animas ab hac vita mortali migrantes iudicet particulari Iuditio vel ad Infernū vel ad Purgatorium, vel Paradisū Dominus; et meā dum migrabit, iudicabit. Orabo pro hora mortis, et pro animab' Purgatorij.

Pater noster. Auemaria. Qualiter in novissimo, et magno illo die universā carnē iudicabit, et reddet unicuiq; iuxta opera sua, bonis scilicet, Vitā et gloriā ęternā, malis autē mortem, et ignē ęternū. Orabo ut in die Iuditij liberet me dominus.

Non.

Non est autē omittendum ut sicut sub quolibet globulo fit mētio alicuius anni, uel mysterij uitę domini, sic etiā gratię habeāt: et agantur deo pro Χρ̄i domini, cuius anni mentis, et mysterijs et per ea simul ut aliquid ab ipso petatur; ut diligenter exerceantur illę partes orationis, gratiarū actio, petitio, et obsecratio, si nō in singulis globulis, saltē nominatim in globulo in quo de mysterio aliquo peculiariter meditaberis. In uniuersū autē post absolutū Rosariū, de omnibus gratias agas, pro omnia aliquid petas.

Sunt in hoc Rosario globuli. 42. signo crucis pro uno cōputato qui numerus poterit etiā referri ad significationē 42 generationū Dominici generis, ad Abrahā silicet, usq ad Dauid generationes quatuordecim à Dauid usq ad transmigrationē Babilonis generationes quatuordecim, usq ad Iesum Christū dominū nostrū qui cū patre, et spū sancto uiuit et regnat deus in secula benedictus. Amen.

Finis. Rosarij.

Poterunt quę sequuntur petitiones applicari ad Rosarium uitę Χρ̄i.

Potest qui uolet in percurrendis quadraginta duobus Rosarij uitę Χρ̄i signaculis uersari in petitione Virtutū, donorū̄ & ut si p.º globulo petat.

1. Fidem et eius incrementū. Petat uero cū gratiarum actione atq obsecratione per merita illius anni uel p uirtutē illius mysterij.
2. Spem.
3. Charitatem.
4. Prudentiam.
5. Temperantiam.
6. Fortitudinem.
7. Iustitiam.
8. Donum sapientię.
9. Donum Intellectus.
10. Donum consilij.
11. Donum Fortitudinis
12. Donum Scientię
13. Donum Pietatis.
14. Donum Timoris Dei.

15. Beatitudinē Paupertatis spiritualis et promissionē cōsumeta regni cælorū.
16. Beat: ne mititatis, et terre, tū meę idest, potētiaꝝ. animaētiū possessione.
17. Beatitudinē luctus cum consolatione spirituali.
18 Beatitudinē esuriei, et sitis Iustitię cū spūs gustu saturitudine, et satietate.
19. Beatitudinē misericordię, cū cōsecutione misericordię à deo.
20 Beatitudinē munditię cordis cū visione dei; in hoc vita per fidē. et dono spiritus, et cōtemplationē vita in futura per beatificā visionē.
21. Beatitudinē pacis conciliande inter deū et homines, ac inter homines ipsos; inter me, deū, et homines, cū electo dono filiationis diuinę.
22. Beatitudinē persecutionū propter Iustitiā cū cōsumatione Regni cęlorū in nobis.
23. Petamus similiter fructū spiritus, charitatē.
24. fructū gaudij spiritus.
25. fructum pacis sanctę atq spiritualis.
26. fructū patientię.
27. fructū longanimitatis.
28. fructū bonitatis.
29. fructū benignitatis.
30. fructū mansuetudinis.
31. fructū fidei.
32. fructū Modestię.
33. fructū cōtinentię
34. fructū castitatis.

35. Ad confirmandū item votū Paupertatis petenda gratia et ad illius obseruantiā perfectam.
36 Idē agendū de Voto castitatis.
37. Idē pro obedientia nostris superioribus prestādā, et præc Deo.
Idē.

38. Idem pro Voto Obedientiæ qd facit Societas Professa Summo Pontifici, et pro quarto scolasticorũ. Novitij vero ad desideriũ suorũ votorũ referre hæc quatuor loca possunt.

39. Petenda gratia pro Intelligentia catholica, et orthodoxa, sacrax scripturarũ, et divinarũ traditionũ.

40. Pro intelligentia sacrorũ Cannonũ, tũ summorũ Pontificum, tũ conciliorũ.

41. Pro intelligentia sacrorũ doctorũ et aliorũ omniũ scriptoz catholicorũ; tũ omniũ scientiarũ, quæ ad sacras literas intelligendas, et ad animas iuuandas sunt utiles.

42. Petendũ ut nobis gratificetur deus verã intelligentiã Instituti societatis, et spiritualẽ fortitudinẽ, ac vires preterea ad illũ implendũ; ad maiorẽ gloriã divini nominis, et multarũ animarũ salutẽ.

Qui literis operam nõ dant in his quatuor ultimis signaculis poterunt orare, ut hæc quatuor donet deus societati; sibi vero ut in simplicitate cordis, et humilitatẽ possint illa per superiores intelligere q̃ sunt necessaria et utilia ad Vocationẽ suã pfecte implendã.

35. Qui in societate nõ viuunt, hi si Religioni Instituti vitã nõ sint amplexi in 35 numero petere poterũt paupertatẽ spiritus, et auaritiæ odiũ.

36. In 36. Castitatẽ ad quã tenentur, et eius pfectionem.

37. In 37. Obedientiã ad spiritũ dei ad bonas inspirationes ad rectã rationẽ; ad eã siquã debent œconomicã obedientiã, uel physicã

38 In 38. Obedientiã ad principes, seu superiores, uel ecc:cos uel seculares.

39 In tribus sequentibus; si Prelati, Parochij uel Theologi sint, uel
40 Theologiæ studiosi idem quod nři societatis Religiosi pe-
41 tere poterunt.

alij,

Alij ut dominus digne͡t largiri intelligentiā illarū rerum
ecclesię et eius Pręlati concionatoribus Parochijs et ꝑlossib.

42. In 42. Ut sibi dominus gratificetur intelligentiā spiritus
pro suę vitę ad gloriā diuini nominis gubernationē.

Laus deo V. & Marię